



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

81. Fer. 5. Septem mœstitiæ Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

132 FERIA 4. DOM. 1. QUADRAG.

5. Ab amicis, futuris in medio malorum, quorum os & opera lancinabunt mali.

6. Ab eo, quod Christus habendus pro inhonesto, quia suaderet honestatem. l. I. c. 46.

7. Quod habendus pro vilissimo: nihil enim homines tam modicum habent, quod non diligant præter Deum. de omnibus dolent, præter quã de Deo, Quid vilius cane? & sunt, qui potius me abjurarent, quã cane carerent. Impediam hos dolores Christi in me, & alijs.

MEDITATIO LXXXI.

FERIA 5. DOM. 1. QUADRAG.

Septena mœstitia Christi.

Aspiciam Dominum nos è tenebris inferni per dolorosam Passionem ad diem lucis perpetuæ pariturum, ideoque gravius angere propter imminentem Passionem. Petam agnoscere mœstitiam Christi septenam, eique compari.

Conf. 1. Causam mœroris Christi è D. Chrylost. ne phantasma putaretur: ex Origene: ut veram carnem habere comprobaretur. ex Theophyl. quia naturaliter invitum tendimus ad mortem. ex D. Brigitt. l. I. c. 39. Domino revelante, quod sicut in omnibus membris peccavit homo, sic in omnibus passurus erat Christus, cujus Passionis septem puncta recenset.

1. Caro mea pressa quasi in cocleari, crines extensi, nervi distincti.

2. Iun-

Feria 5. Dom. 1. Quadrag. 133

2. Iuncturae extractae de compagibus.
3. Ossa laniata.
4. Manus & pedes fetro confixi.
5. Mens turbata.
6. Cor novo dolore affectum, qui eò de venis perforatis processit.
7. Intestina ad dorsum contracta, & sicut sanguis infirmi in omnibus venis siccat, & consumitur, sic ex dolore naturali mortis, sanguis meus consumebatur.

An non igitur merito coeperit redere, contristari, pavere, & moestus esse, habitis ante oculos quatuor septenarijs dolorum, haecenus ad meditandum propositorum? Quisquis ad victoriam sui hostis interni ingreditur, sic luctetur oportet.

MEDITATIO LXXII.

Feria 6. Dom. 1. Quadrag.

Septem avulsiones Christi.

Videbo quomodo Dominus progressus pusillum Matth. 26. volebat longe fieri ab illis, ut viderent orantem & afflictum, & discerent humilia de se sapere, & orare sollicitè; quem progressum Lucas vocat avulsionem, quia aequè ab ijs discedebat, ob amorem, & moerorem tanquam vi avulsus; natura enim solatium quarebat ex societate charissimorum Discipulorum, sed ratio exigebat,